



facramenta nil aliud facerent, quam excitare fidem, sicut concio, aut praedicatio Evangelii; quare impios, ut sacrosiles a sacramentorum perceptione repelleret? Sane sicut etiam impios ad concionem admittimus, ut ejus auditu excitentur in illis fides, & sic justificentur; nec eos accedentes reputamus sacriles, immo potius impellimus; ut accedant: ita etiam debemus eos ad sacramenta impellere; ut in visis, ac susceptis; in his excitentur fides, qua iusti fierent. Quare insuper infantes ad sacramentum Baptismi admittent, eoque ab originali mundato prederent; cum incapaces sint, ut in eis excitetur fides?

VII. Dico secundo. Sacramenta nova Legis instrumentaliter causant gratiam ex opere operato. Ita Tridentinum, Sess. 7. Can. 8. si quis dixerit, per ipsa nova Legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam... anathema sit. Displect hic loquendi modus haereticis: ideoque Calvinus, in Antidoto Tridentino, vocat monstrum verborum causare gratiam ex opere operato. Et eo magis, quia peccat contra grammaticam: cum enim Operor sit verbum deponens, imperite usurpatur passivum. — At quamvis verbum Operor a Grammaticis solum adhibeatur, vitio tamen non debet Tridentinis Patribus, quod illud passivum usurperint; ut Ecclesiam fidem ab omni equivocatione immunem Fidelibus traderent: imitati S. Augustinus, qui in 1. salm. 138. ut ab auditoribus equivocationem tolleretur de eo, quod eis proponatur, maluit dicere *estum esse*, quam *esse esse*. Immo cum illo adversariorum ora possunt obstruere, dicentes: *Malius est, ut ne reprehendant Grammatici, quam ut non intelligant populi.*

VIII. Verum haec difficultas haereticorum oritur ex pravo intellectu horum verborum, Ex opere operato. Putat enim Lutherus, & cum eo Calvinus, ac Kemnitius, Catholicos significare his verbis, quod sacramenta causent gratiam ex merito operis, quod exercet is, qui sacramentum confert; vel is qui suscipit; quod falsum est. Imo dicimus, sacramentum Baptismi, dum confertur parvulo: conferre gratiam absque ullo merito sive dantis, sive suscipientis. Putant secundo, Catholicos eo modo loquendi asserere, sacramenta causare gratiam in peccatore absque fide, ut illo actu bono peccatoris suscipientis ipsum: quod falsissimum est. Imo dicimus, sacramentum in adulto non posse causare gratiam; nisi ad illud digne suscipiendum se preparaverit per fidem, alioque actus; quos de eo qui accedit ad Baptismum recenset Tridentinum, Sess. 6. cap. 6. Sicut enim ignis non potest calefacere materiam non dispositam, sic sacramentum gratiam conferre non potest subiecto indispotito. Unde Tridentinum, Sess. 7. c. 6. monuit poenitentem, ne sibi blandiatur se consecutum absolutiois effectum, si ei desit contritio. — Causare ergo gratiam Ex opere operato in sensu Catholicorum est, sacramenta per se ipsa, ex vi actionis a Christo instituta; effectum habere ad gratiae productionem; non vero totam vim ad illam causandam habere ex fide, aut probitate Ministri, vel fide, aut dispositione suscipientis.

IX. Veritas ergo Catholica probatur sic. Conferre gratiam ex opere operato est, illam conferre ex vi, & efficaci actionis, & operis a Christo instituti: a quo sacramenta novae Legis hac ratione gratiam conferunt, ergo illam conferunt ex opere operato. Min. prob. primo. Illam enim non conferunt ex vi fidei, aut sanctitatis Ministri. Nam, ut docent Patres contra Donatistas, Ministri nec probitas prodest, nec iniquitas nocet integritati, aut virtuti sacramenti. Secundo. Illam non conferunt vi dispositionis, puta, fidei, aut pietatis suscipientis. Nam aliquando sacramenta nullas supponunt in suscipiente dispositiones, ut cum Baptisma confertur parvulo, sive amentis. Si quae vero in adulto, & ratione utente dispositio requiritur: haec est pura preparatio ad gratiam, non causa gratiae; & habet nimirum dispositio suscipientis respectu gratiae producendae, sicut sanctitas in ligno respectu flammae, quae ex eo erumpit: sicut ergo sanctitas est quidem dispositio ad flammam; ad ultra sanctitatem datur causa, quae facit ex ligno flammam erumpere: sic fides suscipientis est quidem dispositio ad gratiam, & preparatio; ad ultra illam datur causa, quae in tali subiecto gratiam causat.

S. III.

Solutio Objectionum.

X. Objicit primo, contra primam assertionem Lutherus. Homo justificatur per fidem. Rom. 1. v. 17. Iustus autem ex fide vivit. Rom. 4. v. 2. Creditur Abraham Deo, & reputatur esse illi ad justitiam, Rom. 10. v. 10. Fides enim creditur ad justitiam; ergo homo immediate justificatur per fidem; per sacramentum vero solum mediate, in quantum excitat fidem. Ita Lutherus, de Captivitate, Babyl. c. de Baptismo.

Confirmat ibidem, Marti ultimo v. 16. Qui creditur & baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non creditur, condemnabitur; ergo qui non credit, damnatur, est baptizatus; ergo non Baptismus, sed fides causat salutem, & gratiam.

XI. Hae objectiones fundantur in alio errore Lutheri, & aliorum Acolithorum, nimirum, quod sola fides sit quae iustificet. Quem impugnavimus Tom. 1. in 1. 2. Tract. de Justificatione. Quae 1. Dub. 3. Ubi ergo, & similes objectiones soluta fuerunt, quo Lectorem remitto.

Modo tamen respondeo, concet. ant. nego conf. Non enim valet: homo iustus est per fidem; ergo per solum fidem. Alias sequeretur: quod nec per Passionem, & merita Christi iustificaremur. Iustificamur ergo per fidem, per Passionem Christi, & per sacramenta: per fidem, tanquam per initium

justificationis; per Passionem Christi, tanquam per causam meritoriam; per sacramenta, tanquam per media a Christo instituta ad consequendam justificationem. Vide dicta loco citato n. 8. & 9.

XII. Ad confirm. primo retorqueo objectionem. Si enim dicitur: Qui creditur, & baptizatus fuerit, salvus erit; ergo nedum salvatur, & iustificatur per fidem, sed etiam per Baptismum. Unde nego secundam conf. Nam sicut si adultus baptizetur, non creditur, condemnabitur: ita si creditur, & non baptizetur, condemnabitur: Ad salutem ergo adulti utrumque requiritur, & fides, & Baptismus: quia bonum ex integra causa. Ad damnationem, alterutrum defectus sufficit, quia malum ex quocumque defectu. Scriptura autem potius meminit defectus fidei, quam sacramenti: quia si quis caret fide, est sacramentum suscipiat (si sit rationis capax) damnabitur: si vero habeat fidem, & nequeat in re suscipere sacramentum, dummodo illud habeat, & suscipiat in voto, salvabitur.

XIII. Secundo objicit Melancton in Apolog. Confess. Augustanae art. 23. Apost. Rom. 4. & alibi docet, Abraham iustificatum fuisse, non ex Circumcisione, sed ex fide; ergo homo non ex Baptismo, sed ex fide iustificatur.

Respondeo, nego conf. Non enim valet paritas a Circumcisione, & aliis sacramentis veteris Legis ad Baptismum, & sacramenta Legis novae, ut vidimus ex Augustino, in Psalm. 73. Illa enim (ut ait Florentinus in Decr. pro Instru. Armenorum) non causant gratiam, sed tam solum per Passionem Christi dandam esse figurantur; haec vero vera, & continent gratiam, & ipsam digne suscipiunt conferunt; Immo, & Apostolus, qui sacramenta vetera vocat *infrima*, & *egena elementa* (ad Galat. 4. v. 9.) & ad Coloss. 2. v. 17. *Umbram futurorum*. Qui insuper ad Galat. 6. v. 15. dixit: *Circumcisio nihil valet*: loquens postea de Baptismo, ad Ephes. 5. v. 2. dicit, Ecclesiam, ut sanctificetur, mundari *Lavacro aquae*. Et ad Titum 3. v. 5. *salvos nos fieri per lavacrum regenerationis*.

XIV. Objicit tertio Kemnitius, & replicat. Paulus, ad Ephes. 5. dicit, quidem, Ecclesiam mundari *Lavacro aquae*, sed addit *in verbo vitae*; ergo in tantum lavacrum aquae mundat, in quantum verbo vitae excitat fidem. — Rursus, 1. Petri 3. v. 21. dicitur: *Salvos facit Baptisma, non carnis depositio sordium; sed conscientia bona interrogatio in Deum per resurrectionem Iesu Christi*; ergo Baptismus causat salutem, non quatenus abluit carnem, sed quatenus excitat fidem resurrectionis Christi.

Confirmat ex eodem (In exam. Conc. Trid. p. 2. c. de efficacia Sacram.) Rom. 1. 12. Evangelium dicitur *Virtus Dei* in salutem omni credenti: sed est Evangelium dicitur *virtus Dei* in salutem, hanc tamen immediate non causat, sed solum mediate, nimirum, excitando fidem; ergo sacramenta licet dicantur causa salutis, & gratiae, eam tamen non causant, nisi mediate, excitando fidem.

XV. Respondetur ad primum, explicando Apostolum. In Verbo vitae confessorio aquae: con. ant. Mente confessorio non, neg. ant. Verbum ergo vitae, quod dicit Apostolus, sanctificari Ecclesiam, & mundari lavacro aquae, non est verbum vitae confessorio, id est, invocatio Trinitatis; qua confessorio aquae, eique traditur vis abluendi animam a sordibus: ita ut aqua sit materia, verbum autem sit forma, ut supra dictum est, materiam consecrans.

Ad secundum, dico, S. Petrum solum velle, hominem non sanctificari absolute externa materia, nisi cum in interregio bonae conscientiae, id est, cum renuntiatione Diaboli, quae ex animo fiat, conjuncta sit. — Sed velle, quod sicut aquae diluivii salvarent homines a morte corporali, elevando arcem cum Noe, & suis: ita aqua Baptismi non salvos facit a morte spirituali, non ut est ablutio elementis sordis carnis; sed ut meritis, ac vi Resurrectionis Christi reddat conscientiam bonam, & sanctam coram Deo illam interrogante, & explorante.

XVI. Ad confirmat. neg. copl. Licet enim Evangelium, & sacramentum conveniant in hoc, quod sint virtus causativa salutis; differunt tamen in eo, quod Evangelium eam non causat, nisi quatenus praedicatur, & intelligitur, & creditur, unde frustra praedicaretur non intelligenti: si sacramentum eam causat immediate. Unde non frustra Baptismus confertur infansibus, & amentibus; esse non intelligant significationem sacramenti.

XVII. Objicit, quarto Zuinglius, 1. de vera & falsa Relig. cap. de sacram. Scribo; Marc. 2. vers. 7. dixerunt: *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* Ergo censent, haec non posse dimittere per sacramenta, juxta illud Rom. 43. vers. 26. *Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me.*

Respondeo, solum Deum posse dimittere peccata principaliter, & propria auctoritate; in quo sensu locutus fuit per Isaiam citatum. Hoc tamen non tollit, quin ad hoc munus elegerit homines, ut Ministros, Jo. 20. *Quorum remiseritis peccata remiserunt eis*. Et etiam instituit sacramenta, tanquam instrumenta quae ad remittenda peccata Deus ipse utatur.

XVIII. Objiciunt quinto omnes, Augustinus, Tract. 80. in Joann. cum admirans dixisset: *Unde tanta virtus aquae, ut corpus tangat, & cor abluat?* Subjungit: *Nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur*. Putat ergo August. verbum iustificare per fidem. Hinc 1. Quae, *veritas, & veri Testamenti*, ait: *Nec donum castro poterit consequi, qui se per aquam non per fidem committunt credit.*

Secundo, Hieronymus, in Caput. 4. Isaiz: *Etiam (inquit) aquam probat, Deus autem Spiritum Sanctum*: sed dum datur Spiritus Sanctus, datur gratia; ergo hanc Deus solum dat, non Baptismus.

Tertio, Bernardus, *Serm. de Cura Domini supra relata*, n. 24. dicit;

dicit: sic sacramenta gratiam conferre, sicut annulus, baculus, liber conferunt Episcopatum, Abbatiam, Canonicatum: haec autem sunt mera signa. Item Epist. 77. (modo) *Tract. de Baptis. capitul. 1. dicit, parvulos baptizatos, per fidem, non suam, sed alienam salvati: ergo sentit, fidem, non Baptismum gratiam, & salutem conferre.*

XIX. Respondeo ad primum, retorquendo instantiam. Augustinus enim dicit, quod aqua Baptismi non solum corpus tangit, sed cor abluit; sentit ergo, aquam Baptismi animam mundare. Sed quia dubitari poterat, quomodo id fiat, addit: *Faciente verbo*. Quia autem adhuc dubium esse poterat, an verbum hoc faciat ex sono materiel vocis, an ex aliqua virtute ipsi collata, adjungit: *Non quia dicitur, sed quia creditur*; id est, a Christo Baptismi auctore obtinuisse hanc virtutem: & ideo statim subjungit: *Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens* (ex institutione Christi) *Hoc est verbum fidei, quod praedicamus*. Ita respondet S. Thomas, 3. p. q. 60. a. 7. ad 1. his verbis: *Sicut Augustinus dicit supra Joann. (Tract. 8.) Verbum operatur in sacramentis*. Non quia dicitur, id est, non secundum exterioris sonum vocis, sed quia creditur, id est, secundum sensum verborum, quod fide tenetur. Et hic quidem sensus est idem quod omnes, licet non eadem voce, sed quantum ad sonum; & ideo christumque lingua verbis profatur *talis sensus, perfectus sacramentum*.

Ad id, quod additur ex lib. Quae. non. & noni Test. dico, librum illum non esse Augustini, immo alios errores continere: ut quae 21. quod Eva non sit creata ad imaginem Dei. Quae 190. quod Melchisedech fuerit Spiritus Sanctus. Quae 123. quod Adam non habuerit Spiritum Sanctum. — Dico tamen potest, verba relata solum probare, quod adultus, qui recipit Baptismum putans, eum sufficere sine fide ad hominem mundandum, nec mundaretur, nec iustificaretur per illum: quia fides, esse non sic quae iustificat, est tamen dispositio requirita ad digne suscipiendum Baptisma.

XX. Ad secundum ex S. Hieronymo dico, eum solum velle, Ministri solum aquam praebere; eam tamen non sanctificare, sed solum Deum. Ceterum aquam Baptismi verbo Dei sanctificantem peccata dimittere, aperte dicit in Caput. 1. 2. Isaiz, Ubi ad illa verba: *Lavamini; & mundi estote*, in perfonta Dei dicit: *Evangelii mihi placet religio, ut baptizemini in fontaine meo per lavacrum regenerationis; quod solum potest peccata dimittere*.

XXI. Ad tertium ex S. Bernardo, dico, eum comparare sacramenta annulo, baculo, & libro in ratione signi; non autem velle, quod sicut illa sunt nulla signa, ita & sacramenta. Imo ibi contra quosdam, qui post Baptismum adhuc manentem efficiunt motus. *Constat (inquit) quia in hac gratia subvertitur; & ut securi sicut, sacramentum Dominici corporis; & sanguinis pretiosi investituram habentis*. Et infra: si quis motus concupiscentiae &c. tam acerbus, ut ante, non sentit; *Gratias agat corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus sacramenti operatur in eo*.

XXII. Demum Obijciunt contra secundam Assertionem. Voces istae Ex opere operato sunt novum inventum Recentiorum Scholasticorum, cum nec in Patribus, nec in antiquis Theologis reperiantur; ergo inepta sunt ad explicandam antiquam fidem de efficacia sacramentorum.

XXIII. Respondeo, dist. ant. Novum inventum, quoad sonum, & syllabas, transeat ant. Quoad sensum, & rem significatam, nego ant. Sentiam enim, & rem significatam per has voces, a duodecim, & ultra seculis tradidit S. Augustinus, 1. 4. contra Crescentium, cap. 16. his verbis: *Non eorum meriti, a quibus ministratur, nec eorum, quibus ministratur, consistit Baptismus; sed propria sanctitate, atque veritate, propter eum, a quo institutus est, male utentibus ad perniciem, bene utentibus ad salutem*. Nil autem aliud significare intendimus hisce verbis Ex opere operato. — Nec etiam istae voces adeo novae sunt, ut haereticis putant. Eis usi sunt a quingentis, & ultra anni famosiore Theologi. Illarum meminit S. Thomas, in 4. dist. 1. q. 1. art. 5. & ante eum Innocentius III. lib. 3. de Officio Missae cap. 5. sed quid? Numquid non consuevit Ecclesia pro casibus occurrentibus, ad pracludendas haereticorum artes, novas usurpare voces? Patres Niceni vocem *Omnia sunt primo usurparunt*; ut Verbi divinitatem ab Ariano involvitur, & tergiversationibus puram confiterentur. Cur ergo Patres Tridentini, ut efficaciam sacramentorum claresceret, & aperte contra Lutherum, Calvinum, aliosque veritates Catholicas hostes tenerent, voces *Ex opere operato* antea a Theologis adhibitas, non licite usurpare?

DEUS II.

Quaestio de Gratia, quam conferunt nova Legis Sacramenta?

S. I.

Resolutiones Dubii.

I. Gratia dividitur a Theologis in actualem, & habituales. Prior est motio transiens, qua anima ad pietatis opus excitatur. Posterior vero est forma animae permanenti inherens, quae ipsam sanctificat, Deoque gratiam reddit.

Forma haec, quae gratia habitualis, seu sanctificans dicitur, vel est prima, vel secunda. Prima dicitur, quando confertur subiecto gratiam non habenti; sicut si confertur homini in peccato mortali prius jacenti. Secunda vero dicitur, cum gratiam in subiecto supponit: sicut cum confertur nova gratia homini iusto.

Adverba: dari gratiam omnibus sacramentis communem, quae alia non est, quam gratia sanctificans, & ab omnibus sacramentis confertur. Datur tamen, praeter hanc, gratia particularis, & specialis cuique Sacramento; nimirum, Jus quoddam ad habenda auxilia actualia, quae necessaria sunt ad consequendum cuiusque sacramenti finem. His praemis.

II. Dico primo. Gratia, ad quam conferendum finit instituta sacramenta, non est gratia actualis, sed habitualis, & sanctificans. Prior pars probatur. Quod enim praecedat, & est preparatio ad sacramentum suscipiendum, non potest esse effectus per sacramentum productus; quia effectus non potest precedere suam causam: sed gratia actualis praecedat, & praeparat hominem ad sacramentum. & ejus effectum recipiendum illi enim pii motus, qui excitantur in homine, & quibus se praeparat ad sacramentum, a gratia actuali sunt: & ut ait Tridentinum, Sess. 6. c. 6. sunt effectus Spiritus Sancti moventis; nondum tamen inhabitantis; ergo &c. Adde: quod Baptismus confert gratiam parvulis, in quibus certe hujusmodi pii motus, qui sunt effectus gratiae actualis, non excitantur.

Secunda vero pars prob. Illa est gratia habitualis, quae permanenter manet in subiecto, illudque reddit Deo gratum, quousque per peccatum mortale illam non expellat: sed talis est gratia, quae per sacramenta confertur: homo enim, qui accipit gratiam, & iustificatur per sacramentum, in ea manet, quousque peccando letaliter ea se indignum efficiat. — Quia autem sicut est essentia animae fluunt potentiae naturales, impeco, intellectus, & voluntas; sic a gratia sanctificante emanant virtutes, & donorum, quibus praefata potentiae in ordine ad finem supernaturalem rectificantur: ideo in homine per sacramentum producantur simul cum gratia etiam virtutes, & dona supernaturalia, a gratia emanantia; & quando augetur gratia, proportionaliter & ipsa augetur.

III. Dico secundo. Aliqua novae Legis sacramenta per se, & ex sua institutione conferunt primam gratiam: alia vero ex sua institutione, & per se conferunt solum secundam. Probo. Nam prima gratia, ex dictis, est illa, quae confertur homini gratiam non habenti, sed in peccato jacenti; eumque transfert de statu infirmi, & inimici Dei ad statum iusti, & amici Dei: sed aliqua sacramenta sunt per se ad hunc finem instituta, nimirum Baptismus ad transferendum hominem a statu peccati originalis ad statum iusti; & Poenitentia a statu peccati personalis ad statum amicitiae Dei: quare ob id a Theologis nuncupantur sacramenta mortuorum; ergo &c.

Ex alia parte secunda gratia, est, quae datur homini iam iustificato, & grato: ob id enim dicitur secunda; quia gratiam in subiecto supponit; & solum eam auget: sed datur in nostra Lege sacramenta etiam ad hunc finem instituta, nimirum, Confirmatio, Eucharistia, Extrema unctio, Ordo, & Matrimonium, quae ob id sacramenta vivorum nuncupantur: ergo &c. An vero haec sacramenta possint aliquando producere primam gratiam, dicemus postea.

IV. Dico tertio. Ultra gratiam sanctificantem; & dona ei annexa, quodlibet sacramentum producit gratiam specialem, & sibi propriam, quae idcirco vocatur gratia sacramentalis. Probo. Nam per quodlibet sacramentum debet conferri gratia convenientis fini, ad quem confertur: quia ut ait Bernardus, Serm. de Coena: *Dispositiones gratiarum diversae sunt traditionis sacramentis*: sed unumquodque sacramentum ordinatur ad aliquem finem specialem; ergo &c. Videndum est S. The. 3. p. 2. a. 2.

V. Si autem quaeras: In quo posita sit haec gratia specialis, ultra gratiam habituales, & dona ei annexa? Dico cum S. Thoma citato, & Theologis communiter, quod gratia sacramentalis, seu specialis supra gratiam sanctificantem, & dona supernaturalia gratiam consequentia, addit jus ad specialia auxilia pro diversis opportunitatibus obtinenda a Deo, ad finem specialem sacramenti. Sic quia Baptismus pro fine habet dare homini vitam novam, qua moriatur vitis, & sit membrum Christi; ideo Baptismo acquirit jus ad auxilia obtinenda, quibus digne possit talia peragere. Et sic de aliis. Confirmatio enim dat jus ad auxilia necessaria; ut data occasione fidem Christi coram tyrannide exteriori conservet. Eucharistia dat jus ad auxilia, quibus nutriatur, & augetur vita spiritalis, quae est charitas. Poenitentia dat jus ad auxilia, quibus homo peccata, & occasiones fugiat, & Deo pro praeteritis satisficiat. Extrema unctio dat jus ad auxilia, quibus juvenat ad vincendas tentationes, in articulo mortis occurrentes. Ordo dat jus ad auxilia, quibus juvenat ad sacras functiones rite, & sancte obeundas, & cultum Dei propagandas. Matrimonium denique dat jus ad auxilia, quibus conjugium concupiscentia temperetur, mutuum sibi fervent fidem, patienter tolerant onera conjugii, & filios pie educent. — Ex quo colligitur, gratiam hanc sacramentalem, quod effectus suos, non dari totam simul quando sacramentum recipitur; sed tunc dari jus ad illam habendam successive, pro singulis opportunitatibus per totam vitam occurrentibus.

S. II.

An Sacramenta Vivorum possint per accidens conferre Gratiam primam.

VI. Diximus, sacramenta, quae dicuntur vivorum, per se, & ex sui institutione non primo iustificare hominem; & proinde non producere gratiam, quae prima sit, & gratiam in eo non supponat: sed solum in homine iam iustificato gratiam secundam producere, id est, gratiam in eo existentem augete. Modo quaerimus: An in aliquo casu, per accidens, & ratione subiecti possint gratiam primo iustificantem conferre.

VII. Sup-

VII. Suppono; sacramenta mortuorum posse per accidens secundam gratiam producere. Si enim homo accedat ad sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiæ jam justificatus per actum justificationis, & amoris Dei: in tali casu sacramenta illi non justificabunt primo, sed secundam gratiam jam acceptam augent: sique non primam, sed secundam gratiam per accidens illi conferunt.

VIII. Dico igitur. Sacramenta vivorum possunt aliquando conferre per accidens homini primam gratiam. Est expressa mens S. Th. 3. p. 2. q. 79. a. 3. Ubi loquens de Eucharistia, postquam dixit, hominem habentem conscientiam peccati mortalis, quia non vivit spiritualiter, non esse dispositum ad illam recipiendam: quia cum sit alimentum spirituale, non potest conferri nisi viventi spiritualiter: tum quia, dum est in affectu peccati mortalis, non potest spiritualiter uniri Christo, qui est effectus Eucharistia; subjungit: Potest tamen hoc sacramentum operari remissionem peccati, cum perceptum est ab eo, qui est in peccato mortali, cujus conscientiam, & affectum non habet: forte enim primo non fuit sufficienter contritus; sed devoto, & reverenter accedens, consequitur per hoc sacramentum gratiam charitatis, qua contritionem perficit, & remissionem peccati. Unde arguo sic. Si quis existens in peccato mortali, cujus tamen conscientiam, & affectum non habet, immo de eo habet inconspicibilem ignorantiam: & consequenter de eo vel non intercurrit; vel non conteritur perfecte: sub hac bona fide devoto, & reverenter ad Eucharistiam accedat, is gratiam sacramenti consequetur: effectus enim durum dicere, quod cum tali ignorantia, & bona fide accedens, indigne accedat, & effectum sacramenti Eucharistia non percipiat. At ille talis per Eucharistiam consequetur primam gratiam eum mundantem a peccato: non enim potest supponi justificatus, cum de illo peccato incognito supponatur non sufficienter contritus: ergo &c. Idem dicere de eo, qui existens in peccato mortali, cum non fuerit; tali bona fide, & ignorantia habens attritionem supernaturalem, ad Eucharistiam accederet. Idem de eo, qui confusus peccati mortalis, non habens copiam Confessarii, habens tamen attritionem, quam invincibiliter existimat contritionem perfectam, urgente necessitate, accedere ad sacramentum vivorum.

IX. Sed dices primo, Sacramentis nullum effectum tribuere possunt ex opere operato, nisi aut Definitione Ecclesiæ, aut SS. Patrum Traditione, aut Scriptura constet; vel saltem ex illorum natura, & institutione deducatur: sed sacramenta vivorum primam gratiam aliquando conferre, ex nullo horum capitum habentur; ergo &c.

X. Respondeo, dist. maj. Nullum effectum certo, aut tamquam de fide, vel theologie demonstrabilem, nisi &c. contra maj. Probabiliter, & conjecturaliter, nego maj. Hoc enim solum probat, hanc nostram sententiam non esse dogma fidei, aut conclusionem certam, ac demonstrabilem non vero non esse conclusionem probabilem. Ad hoc enim sufficit, ut non sit contraria Scriptura, aut Definitioni Ecclesiæ, aut Patribus; & vero similiter ex sacramentorum natura, & excellentia deducatur. Talis autem est nostra hæc Assertio: contra quam Adversarii nec opponunt ullum locum Scripturae, nec Definitionem Ecclesiæ, nec textum Patrum. Imo eam nos ex sacramentorum sine arguimus: cum enim ea Christus instituerit, ut organa fuit gratia, propter eos, qui ei non ponunt obicem: & qui in allatis casibus ad Eucharistiam accedit, nullum voluntarie ponat obicem: probabiliter credimus, gratiam justificantem per eam consequi.

XI. At inlatis. Sacramenta eam gratiam conferre possunt, quam significant: sed sacramenta vivorum non significant gratiam remissionem peccati, regenerative, ut Baptismus, revivificativam, ut Pœnitentia: sed vel roborativam, ut Confirmatio, vel nutritivam, ut Eucharistia; ergo &c.

Hinc confirmatur, Sacramenta Confirmationis, & Eucharistia sunt in vita spiritali, sicut vis augmentativa, & nutritiva in vita naturali: sed vis augmentativa, & nutritiva essentialiter supponunt vitam naturalem: adeo ut mortuus vita naturali capax non sit augeri, seu nutrirî, nec per illa ad vitam revocari possit: ergo Confirmatio, & Eucharistia &c.

XII. Retorqueo argumentum. Sacramenta eam gratiam conferre solum possunt, quam significant: Sed sacramenta mortuorum significant gratiam primam, nimirum, regenerative, aut vivificativam; ergo non possunt causare gratiam secundam, & augmentativam. Rursus: sacramentum Baptismi est in vita spiritali, sicut potentia generativa in vita naturali: sed potentia generativa potest quidem dare primo vitam naturalem, non tamen illam augere, aut conservare: ergo Baptismus, potest quidem dare vitam spirituales, non tamen illam jam datam augere, aut conservare. Si ergo apud Contrarios, imo apud omnes, non valent consequentiæ adductæ: cur valebunt similes contra nostram sententiam deductæ?

Respondeo ergo, maj. illam valere quidem de causalitate, quam habent sacramenta per se, & ex sua institutione, non vero de ea, quam habent solum per accidens, & ratione subiecti: hoc enim excedere posse suam significationem tenentur fateri ipsmet Adversarii, ut vidimus.

XIII. Ad Confirmat. dico, similitudinem in aliquibus valere, sed non in omnibus. Et discrimen est: quod potentia augmentativa, & nutritiva non continent in se primum vitam naturalem principium, sed illud essentialiter supponunt. At Confirmatio, & Eucharistia, quæ in spiritalibus augendi, & nutriendi vim habent, continent ipsam gratiam, quæ vitæ spiritalis est radix: continent, vel Christum ipsum, ut Eucharistia; vel merita ipsius, qui est fons totius vitæ spiritalis: ideoque si non inveniant vitam in subiecto, quod ce-

teroquin non sit positive indispotum, illam ei primo per accidens dabant.

Et ex hoc etiam nascitur aliud discrimen, quare eibus naturalis dare non possit vitam naturalem mortuo; bene tamen vitalis spiritalis spiritualiter mortuo. Nam primo eibus naturalis est in se mortuus, & in alium convertitur, a quo accipit vitam; unde si subiectum, cui applicatur, vitam non habet, agere in cibum, eique vitam conferre nequit. At cibum spiritualis est vivus: ego sum panis vivus. (Joan. 6. versic. 51.) Et convertit non in se, & ideo si non inveniat vitam, illam dare potest: Qui manducat hunc panem vivum in æternum (sibi, versic. 59.) Rursus: mortuus corporaliter nullum habet in se principium vitæ, quod possit convertere in se cibum: mortuus autem spiritualiter habet plures actus supernaturales fidei, spei, attritionis; quibus illi possit prodelle cibum spiritualis, illum in se convertere, ac vivificare, si non resistat.

XIV. Dices secundo, Qui solum attritus putat se esse contritum, non esse magis dispositus ad sacramenta vivorum, quam qui solum attritus putat, se esse attritum; quod enim putat, se esse contritum, oritur ex ignorantia, quæ hominem non facit magis dispositum: sed qui sciens se esse solum attritum, accedit ad sacramentum vivorum, non est sufficienter dispositus ad recipiendam gratiam per illud: ergo neque qui est attritus, putans se esse contritum.

Confirmatur, Qui non est dispositus, licet invincibiliter credat, se esse dispositum, non est sufficienter dispositus ad recipiendam gratiam per sacramentum Pœnitentiæ, est sic sacramentum mortuorum; & ergo multo minus erit dispositus ad gratiam recipiendam per Eucharistiam, quæ est sacramentum vivorum.

XV. Respondeo, dist. maj. Non est magis dispositus positive, conc. Maj. Negative, nego maj. Ignorantia enim si sit invincibilis, quia causat involuntarium, facit, ut non indigne accedat ad sacramentum, quæ, si non esset, indigne accederet.

XVI. Ad Confirmat. omnino ant. nego conf. & disparitas est. Nam in Sacramento Pœnitentiæ actus pœnitentiæ se habent, ut materiæ; qui autem non esset vere attritus, licet putaret se esse, non exhiberet veram, ac sufficientem materiam, & ideo nec gratiam reciperet, nec sacramentum faceret. At in sacramentis vivorum actus, & dispositio suscipientis, non est materia; & ideo sicut, licet dispositus accedat, tamen recipit sacramentum, ita si bona fide credit, se esse dispositum, percipit sacramenti gratiam: maxime quia sacramenta vivorum, vel Christum continent, qui est fons gratiæ, ut Eucharistia, vel gratia plenitudinea, ut Confirmatio.

XVII. Ex dictis inferitur, privilegium causandi per accidens gratiam specialiter tribui Eucharistia, Confirmationi, & Extreme unctioni, propter abundantiam gratiæ, quam conferunt. Quod de Eucharistia docet S. Thom. 3. p. 2. q. 79. art. 3. ut vidimus. De Confirmatione, 3. p. 2. q. 72. art. 2. dicens: Si aliquis adultus in peccato existens, cujus conscientiam non habet, vel si etiam non perfecte contritus accedat, dummodo non sitis, accedat per gratiam collatam in hoc Sacramento consequetur remissionem peccatorum. De Extreme unctione, in 4. dist. 23. q. 1. a. 2. q. 1. Quia (inquit) hic robor gratia facit, quæ secum non comparat peccatum: ideo ex consequenti si invenit peccatum aliquod, vel mortale, vel veniale quod culpam, tollit ipsum, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis: sicut etiam de Eucharistia (dist. 23. q. 2. a. 1. q. 2. ad 1.) & Confirmatione (dist. 7. q. 2. a. 2. q. 1. ad 3.) supra dictum est. Et ideo etiam Jacobus de remissione peccati conditionaliter loquitur, dicens: Si in peccatis sit, dimittuntur ei, quoad culpam. Non enim semper delet peccatum, quia non semper invenit: sed semper remittit quoad debilitatem prædictam, quam quidam reliquias peccati dicunt.

D U B I U M III.

An Sacramenta novæ Legis conferant gratiam per modum causæ non solum Moralit, sed & Physicæ?

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Fides Catholica, ut vidimus, est, sacramenta novæ Legis causare gratiam, non quidem per modum causæ principialis (sic enim eam causat solus Deus) sed per modum causæ instrumentalis divine virtutis. Hinc exurgit questio, quæ Scholas Scoti, & S. Thomæ inter se dividit: An scilicet, eam causent per modum instrumenti pure moralis, ut vult Scotus cum aliis Extensis: An vero etiam per modum instrumenti physice instantis, ut vult S. Thomæ Schola.

Causa ergo potest duobus modis operari. Vel moraliter, non quidem immediate producendo effectum; sed movendo aliam causam ad illum producendum. Sic schedula dicitur operari moraliter solutionem pecuniæ: quia illa visa movet mercatorem ad solventem pecuniam. Sic Litteræ Regis lætæ operantur victoriam; quia movent animos militum ad pugnam. Vel physice effectum immediate tangendo, & operando. Sic ignis operatur physice in appositum sibi pulverem; quia ipsemet immediate pulverem accendit; & ferræ physice tabulam sciat quæ in eam immediate agit. His stantibus queritur: An sacramenta novæ causent in nobis gratiam, ut instrumenta solum moralia movendo Deum ad gratiam conferendam: An, ut instrumenta physice reali influxu immediate concurrendo ad efficientiam gratiæ, instrumentario tamen, non principali.

III. Dico. Sacramenta novæ Legis concurrunt ad causandam gratiam, tamquam instrumenta divine virtutis, non solum moralia, sed etiam physica, seu quasi physica. Videtur primo

conformior modo loquendi Scripturam. Nam, Joan. 3. v. 5. Nisi quis (inquit Christus) renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non potest &c. super quæ S. Thom. 1. 2. q. 112. a. 1. ad 2. Sic ut (inquit) in ipsa persona Christi humanitas causat salutem nostram per gratiam, virtus divina principaliter operatur: ita etiam in Sacramento novæ Legis, quæ derivantur a Christo, causatur gratia, instrumentaliiter quidem per ipsa sacramenta, sed principaliter per virtutem Spiritus Sancti in Sacramento operantis, secundum illud, Joann. 3. Nisi quis renatus fuerit &c. Ex quibus sic primo. Eo modo, quo humanitas Christi operatur instrumentaliter virtute divina per gratiam, operatur & ipsa sacramenta a Christo derivata: sed humanitas Christi operatur autem nostram, ut instrumentum non pure morale, ergo nec sacramenta. Secundo: Sicut ex aqua Baptismi, ut instrumentum, renascimur, ita ex Spiritu Sancto, ut causa principali, sed ex aqua, ut instrumento physico: ita instrumentum causæ principalis physice, debet esse instrumentum physicum. His consonat Paulus, Eph. 5. v. 26. scribens: Mandata (Ecclesiam) detestari aqua. Et ad Titum 3. v. 5. Salvus non fit per lavacrum regenerandi.

III. His permoti Patres dicunt, quod aquæ Baptismi virtute Spiritus Sancti fecundantur, ita ut sicut aqua se habuerunt ad generationem reptilium, sic aqua ad regenerationem. Et Chrysol. hom. 25. in Joann. expendens prælatam, verbatim: Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. ait: Dicitur est: Producat aqua reptile animæ viventi: Ex quo autem Jordanio aquam infudit, est Christus, non amplius reptile animalium virtutem: sed animæ rationales, & spirituales aqua producat. Idem dicit S. Ambrósus, lib. 3. de Sacram. cap. 1. his verbis: De aqua fit Baptismus. Producat aqua animam, & nota sunt animalia. Illa quidem in principio creata: sed tibi reservatum est, ut aqua te regeneret ad gratiam: sicut illa regeneravit ad vitam S. Leo, ut supra diximus, serm. 5. de Nativitate Domini, aquam Baptismi comparans utero Virginis: Originem (inquit) quæ postquam in utero Virginis posuit in fonte Baptismatis: dedit aqua, quod dedit mater. Virtus enim Altissimi, & obambroio Spiritus Sancti, quæ fecit, ut Maria pareret Salvatorem, eadem facit, ut regeneret ipsa credentem. Nyllesus aquam Baptismi comparat semini, lib. de Baptismo. Et Cyrillus, lib. 2. in Joann. cap. 42. eam comparat aquæ, quæ calefacta calefacit. Sed aqua in mundi initio physice produxerat reptiles: utresque physice concurrunt ad generationem, semine est causa physica hominis, & aqua calefacta physice calefacit; ergo &c.

Preterea: proposita questione: Quo pacto fieri possit, ut aqua significet animam? Patres recurunt ad supremam Dei omnipotentiam: quæ sicut aliis causis dedit virtutem ad effectus mirabiles producendos, ita aquis dedit virtutem sanctificandis. Unde illa celebris exclamatio admirantis Augustini, tract. 86. in Joann. Unde tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluit: At si aqua esset causa tantum moralis, non esset, cur hoc tantum rem mirabilem proponerent, & captivum dicerent: pueriles etiam foret exclamatio Augustini. Quid enim mirabile est, quod in virtute chirographi, sigilli, aut litterarum conferatur pecuniæ, gratia, dignitates? Hoc enim commune, & usitatum est apud homines. Quare si quis exclamaret: unde tanta virtus chirographi, ut ad ejus exhibitionem statim numeretur pecuniæ? Merito risum moveret. Hinc Cartheisius Rom. p. 2. cap. 1. q. 18. Quæ pæcis (inquit) tanta res & tam admirabilis per sacramentum efficiatur, quemadmodum S. Augustinus sententia celebratam est, aqua corpus tangat, & cor abluit: id quidem humanæ rationis, & intelligentiæ comprehensionem non potest. Constitutum enim esse debet, nullam rem sensibilem fuisse naturæ ea de prædium esse, ut penetrare ad animam possit. At si hoc tantum cogitamus, omnipotentis Dei virtutem in sacramentis, inesse, quæ illi efficiant, quod sua vi res ipsæ naturæ præstare non possunt.

IV. Nostra quoque sententia videtur magis alloueri mentem Concilii Tridentini, contra Scoticos. Sess. enim 7. Can. 6. statuit, sacramenta novæ Legis continere gratiam, quam significant (quod prius in Florent. decretis ad Amos, ab Eugenio IV. statutum fuerat) &c. eadem ex opere operato conferre gratiam. De Baptismo, Can. 1. statuit, Baptismus Christi majorem vim, quam Baptismus Joannis. Hæc autem verba continere gratiam, eam ex opere operato conferre, Baptismus Christi majorem vim, habere in sensu magis proprio aptantur causæ physice, quam morali. Sess. 13. cap. 3. dicit, sacramenta ab Eucharistia diverta Tuæ primam vim sanctificandam habere, cum quis illis utitur, ergo sentit, sacramentis illis in usu inesse vim, quam ante usum non habebant: quæ certe de vi solum morali vix explicari possunt. Quis enim dicit, schedulam pecuniariam, tunc solum habere vim pecuniæ exhibendi, cum quis ea utitur? Rursus, Sess. 6. c. 7. ubi assignat causas justificationis, dicit, instrumentalem esse Baptismum, principalem vero esse Deum: sed Deus est causa efficiens, non moralis, sed physica: ergo & sacramentum erit causa instrumentalis, non moralis, sed physica. Adde: quod Sess. 13. c. 3. docet solum corpus Christi esse sub specie panis, & solum sanguinem sub specie vini ex vi Verborum; ergo verba operantur illam conversionem aliqua efficienda majorem, quam moralis: si enim moraliter eam operantur, ideo, ad debitam eorum resolutionem Deus facit corpus, & sanguinem Christi sibi preferentialiter esse, difficile videtur explicare, cur sub specie panis potius faciat esse corpus, & sub specie vini sanguinem: cum ad horum prolationem verborum æque inapplicabiliter corpus, & sanguis, adesse debeant.

V. Neque desunt pro nostra sententia congruentes ratio-

nes. Nam primo, melius salvamus, excellentiam sacramentorum novæ Legis super sacramenta vetera. Ea enim dici possunt causasse gratiam moraliter: habebant enim vim quandam moralem, ad excitandum Deum, ad dandam gratiam, ob merita Christi futura, quæ figurabant, sicut nostra ob merita Christi præterita. Unde differentia inter vetera, & nova non esset, quia illa non causabant gratiam, illa causant: sed solum ex parte rei causate, quatenus illa abundantior gratiam conferunt, quam illa. Unde S. Thom. Quæst. 2. art. 14. relata contraria opinione, ait: Sed hoc non est. Sane, dictum est quia sic non esset aliqua prærogativa sacramentorum novæ Legis ad vetera, quia etiam in illis virtus causandi: sicut credendum in Christum venturum justificandus. Unde statuit: Quod cum duplex sit virtus, scilicet propria, & instrumentalis, sicut patet in scriptis: sic sacramenta habent virtutem instrumentalem ad justificationem effectum: quia cum sacramentum habetur cum virtutibus divinis, effectus habet effectum. Et hoc est conveniens. Quia Verbum, per quod omnia sacramenta virtutem habent, habet eandem, & sicut Verbum Dei, & sicut caro Christi, habet virtutem instrumentalem ad faciendum miracula, propter conjugationem ad Verbum: ita sacramenta per conjugationem ad Christum Craticum, & passum.

VI. Secundo. Hoc dicens modo magis elongatur a modis Scoticis. Illi enim dicunt, sacramenta non habere gratiam vim, quam excitandi in nobis fidem, quæ justificetur. Adversarii dicunt, non habere aliam vim, quam Deum movendi ad gratiam nobis dandam. Non vero dicimus, ea non solum habere hoc, sed insuper esse instrumenta, per quæ Deus physice in nobis gratiam producit.

VII. Tertio. Commendamus misericordiam Dei, quæ non minus efficax sit ad miserendum, quam sic justitia ad puniendum. Unde sicut instrumenta, quibus utitur divina justitia ad torquendum, nempe ignis Inferni, physice agit in Demones, & Damnatos, dicente Augullino, lib. 21. de Civit. Dei, cap. 10. quod igne illo torquebantur Spiritus miris, sed veris modis. De quo locuti sumus, Tom. 1. in 1. p. Tract. de Angelis, Quæst. 9. Dub. 4. præsertim §. 3. Ita congruum est, ut instrumenta divine misericordie qualia sunt sacramenta, non moraliter solent, sed immediate, & physice agant in animam: in ea gratiam producendo miris, sed veris modis.

VIII. Quarto. Melius etiam explicamus verba sacramentorum, & præsertim verba sacramenti Pœnitentiæ: ubi enim dicit Sacerdos dicit: Ego te absolvo, facis, sentiam, se auctoritate Dei, & Christi velle peccata remittere. Si autem solum moraliter hoc faceret, nempe, movendo Deum ad peccata remittenda, minus proprie loqueretur: quia feret sensus, quod non ipse absolvet, sed Deus, a quo absolutioem impetraret. Unde sicut qui exhibet chirographum, nisi oblatio alteri debent solvit, non dicitur solvere debitum, quod oblatio alteri debent solvit, non dicitur exhibere debitum, quod oblatio alteri debent solvit, si solum exhiberet: actus pœnitentiæ Deo, quibus exhibitis, Deus absolvet, absolve diceret. Ego te absolvo, sed potius diceret deberet: Deus te absolvet. Ideoque magis propria esse forma, quæ in collatione sacramentorum tantum gratiæ, nimirum, in tertia persona, quam in prima, quæ utitur Latini.

IX. Hoc magis urgeo. Si sacramentum esset instrumentum solum moraliter movens Deum ad gratiam dandam, esset instrumentum potius Ministri illud conferentis, & eo movens Deum ad gratiam dandam, quam instrumentum Dei. Si enim quis offerat pretium redemptionis, vel chartam contingente pretium movens alterum ad concedendam redemptionem: pretium illud, vel charta erit instrumentum offerentis pretium, vel charta excitantis; non autem ejus, qui per hæc movetur ad relaxandum captivum. Aequi sacramenta sunt proprie instrumenta Dei gratiam per illa conferentis: ergo non sunt, causæ instrumentales solum morales.

S. II.

Rationes Contrariæ.

X. Superest, ut solvamus ea, quæ contra nostram sententiam (& quidem non pauca) opponi solent. Primo obijciunt Scripturam, & Patres dicentes, nec sacramenta, nec homines justificare, sed solum Deum. Sed ad hæc respondeo, sensum esse, nec sacramenta, nec homines justificare, sed solum Deum auctoritate propria, & principaliter: non vero ministerialiter, & instrumentaliter: seu Deum non justificare per homines, ut ministros, & per sacramenta ut instrumenta. Alioquin sequeretur, sacramenta non solum non causare gratiam physice, sed nullo modo ex opere operato adhuc moraliter.

XI. Sed dices, Justificatio est opus nobilissimum creatione, ut dicit Augullinus, Tract. 75. in Joann. Sed nihil potest esse instrumentum physicum ad creandum; ergo neque ad justificandum. Adde: quod in sententiis multorum gratia per creationem produciatur.

XII. Respondeo, dist. maj. Opus nobilissimum ex parte termini producti, conc. maj. Ex parte modi procedendi, nego maj. Justificatio, per quam datur animæ quoddam esse supernaturale, ex parte termini producti opus nobilissimum est creatione, per quam datur solus esse naturalis: & in hoc sensu loquitur Augullinus. Ex parte tamen modi procedendi, cum creatio sit productio totius entis ex nihilo, nullo existente subiecto, nobilior est justificatio. Ratio autem, cur creatura non possit instrumentaliter physice concurrere ad creationem, est, propter modum actus, quæ res produciuntur ex nihilo, ut ostendimus, Tom. 1. in 1. p. 2. 1. de Deo Creatore, Dub. 3. S. 2. num. 14. Ex quo non sequitur, non posse esse instrumentum physicum ad justificationem. Quia, ut dictum est, Tom. 1. c. 18.